

LES ECHOS DE SAINT-MAURICE

Edition numérique

Gonzague de REYNOLD

In B. Virginem montium

Dans *Echos de Saint-Maurice*, 1931, tome 30, p. 273-274

© Abbaye de Saint-Maurice 2011

IN B. VIRGINEM MONTIUM

Salve, lumen montis
quod formidat hostis,
sol super culmina
in alpibus altis.

Splendens sicut aurum
in nive fulgidum,
pura sicut fontes
e saxis fluentes.

Alba sicut marmor,
formosa sicut flor,
nemorisque sacri
suavis ut odor.

Sicut luna dulcis
in requie noctis,
dum lacus alpestris
murmurans relucet.

Ad te, Mater Virgo,
veni clamans ego,
ut me recipiat
montis solitudo !

Sine ad te fugere,
sine circumflere
et, saeculo procul,
hanc vallem complere.

Nam plusquam lilia,
rosae matutinae,
tibi placet piae
flos poenitentiae.

Ad te cum ascendam,
fac ut inveniam,
me pulsante, apertam
Coelorum januam.

Amen !

GONZAGUE DE REYNOLD